

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Eloquencia n
cum uariis

Cicero noster a quo Romana eloquencia exiliuit gradarius fuit; uir egregius et uita et sciencia et, quod post ista est, eloquencia disputabat quoque expedite magis quam concitate ut possis dicere facilitatem esse illam non celeritatem; hanc ergo in uiro sapiente exigo, ut oracio eius sine impedimento exeat et proferat magis quam profluat.

Seneca in epistola XL.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

exiliuit] resiliuit C; gradarius] id est ordinarius *add. supra. lin.* B C, id est ordinatus *add. supra. lin.* M, id est ordinarius *add.* P V¹ V² L¹ L²; disputabat quoque] disputabatque P V¹ V² L¹ L²; possis] possit M; hanc] hunc P V¹, hoc V² L¹ L²; XL. *om.* P V¹ V² L¹ L²